Quodlibetaria Quaestio agitanda in Scholis Medicorum.

Die 30a Januarii.

M. Antonio Callo Moderatore.

An Morbi vigor tenuissimum victum postulet?

Ex tribus quae praeter naturam humano corpori accidunt, etsi causa quidem morbi ablationem sui semper, et simul et symptomatum numerus, atque magnitudo saepe ad se omnem curantis rationem artificis; solus tamen morbus curationem desiderat: quae sive remediis, vel sola qualitate, vel tota substantia, vel utraque fiat contrariis, semper tamen simul victus ratio necessaria est.

Quo fit ut a viribus (aliae non negligenda) indicatio ad curationem nihil conferat, morbus longior symptomatis similibus aliquando profligetur, causam semper antecedentem, continentem nunquam habeat, et sine cessante causa, non desinit interdum morbus, sic eo sublato symptomata necessario cessent.

Natura quae morbis (tametsi non omnibus) per se medetur, quatuor saepius distinctis temporibus, sanitatem operari solet, quae non cruditatis modo coctionisque signis symptomatum numero ac magnitudine, verum etiam pro mutua circuituum vicissitudine, humoris, corporis, aetatis, anni partium, et aëris natura vel breviorem, vel longiorem morbum fore praenunciant.

Quapropter ex sanguine et bile morbi, potissimum praesertim in juvenibus vere et aestate gignuntur, acutiores febres quotidianas tertianas, et quartanas (praecipue quae autumno et hieme generantur) caeteris quadam longiores, et in valde senibus tarditate et corporis coctionem non admittunt.

Victus tenuis et exquisitus in morbis longis, et acutis ex accidentia periculosus, principio quidem cum adhuc sub morbum natura evitandum nondum procavit, minus, in augmento magis, et quanto propius accedit ad statum, in quo sive extremos corpus habeat labores, victus tamen quivis (nisi tenuissimus) frequentem aviditate naturam interturbat.



Morbi igitur vigor tenuissimum victum postulat.

Asserebat Lutetiae M. Claudius Legier Meldensis. M.D.XLIX